Sub dei nomine et eius gratia. Ego Adefonsus dei nutu hispanie imperator. una cum coniuge mea imperatrice domina berengaria. grato animo et uoluntate spontanea. nemine cogente. facio cartam donationis et confirmationis. omnibus xpistianis qui hodie in toleto populati sunt uel populari uenerint. mozarauos. castellanos. francos. quod non dent portaticum in toleto neque in introitu neque in exitu. neque in tota mea terra de totis illis caussis quas comparauerint uel uendiderint. aut de alio loco secum adduxerint. Illi uero homines qui cum mercaduras ad terram maurorum de toleto exeuntes perrexerint. dent suum portaticum secundum suum forum. Super hoc soltos illis quod ab isto die in antea non dent regi terre alessor neque alio homini. de pane. de uino. neque de alio labore quem fecerint.

Istos foros quos supra diximus dono et concedo omnibus illis xpistianis qui in toleto habuerint casam. et hereditatem et mulierem. ut habeant et teneant illos ipsi et filii eorum. et omnis generatio sua presens et futura. iure hereditario in sempiternum.

Quicumque igitur hoc meum factum infregerit. siue de meo uel alieno genere fuerit. sit a deo et sanctis eius maledictus et in inferno cum iuda xpisti proditore sine fine dampnatus. et cum datan et abiron quos uiuos terra absorbuit uariis cruciatibus apud inferos tormentetur. et insuper pectet regi terre mille libras auri. et carta firma semper remaneat.

Facta carta in coenqua. XV kalendas aprilis. Era M. C. LXXV. Adefonso imperatore imperante in Toleto Legione. Sarragoza. Naiara. castella. Galecia. Ego imperator Adefonsus hanc cartam quam iussi fieri in anno secundo quod coronam imperii primitus in legione recepi. confirmo. et manu mea corroboro.

Raimundus toletanus archiepiscopus et primas conf	Infans domna sancia soror imperatoris conf	Gutter ferrandez maiordomus conf
Petrus secobiensis episcopus conf	Rodericus martinez comes legionensis conf	Rodericus ferrandez conf
Berengarius salamantinus episcopus conf	Rodericus gomez comes salamantinus conf	Almarricus alferiz conf
Petrus legionensis episcopus conf	Ermengot comes urgellensis conf	Lop lopez conf
[illegible] … conensis episcopus conf	Sueirus comes asturiensis conf	Ordon gustiez conf
Robertus asturicensis episcopus conf	Gonsaluus comes conf	Osorius martinez conf
Petrus palentinus episcopus conf		Menendus bofin conf
		Michael feliz merinus in burgis conf
		Diego munioz merinus in carrione conf

Pelagius testis. Martinus conf. Iohannes conf.

Giraldus scripsit hanc cartam iussu magistri hugonis cancellarii. i — m — p — e — r — a — t — oris.